

Isidor.

**e**controuersia non animata. Est enim figura in diuinis visitata literis, quæ Hebraicè Mashal, Græcè autem prospopeia dicitur, quoties rebus inanimatis vocem, aut spiritum, aut sensum tribuimus. Sunt autem undecim cœli, scilicet empyrium, quod in diuinis literis appellatur cœlum cœli, deinde primum mobile, cœlum crystallinum, cœlum stellarum fixarum, cœlum Saturni, Iouis, Martis, Solis, Veneris, Mercurij, Lunæ. Itaque ultimum cœlum si à supremo & altissimo incipias numerare, est fedes Lunæ, quæ cœtima terris luce micta aliena. Nam in orbe seu globo infimo radis solis accensa conueritur. Infra autem sunt elementa, quorū infimum vocatur terra, in quam omnia sibi nuto pondera feruntur. Et quoniam hæc immobilia est, decebat ad venustatē, ordininem, pulchritudinem, & complemetum vniuersi, ut cœlum supremum esset immobile, ut inter hæc duo immobilia tota huius templi natura cōtineretur. Appellatur supremum cœlum empyrium à pyr vocabulo Graco, quod ignem significat auctore Isidoro, non ab ardore, sed à splendore, quod sit splendissimum, candore fulgentissimo decoratum. Ibi est sanctorum domicilium, & æterna sedes mentium beatarum. Ibi illi cum Christo Deo nostro requiescent, qui iustitiam coluerunt & pietatem, qui nec se dederunt sermonibus vulgi, nec in premiis humana spem posuerunt rerum suarum, sed virtutum ornamenti exculti ad Deum ardentissimè aspirarunt, quo in gloria cœlesti fruuntur, ubi bonorum omnium copia cumulantur.

**O**rigen. *Benedic aquæ omnes, quæ super cœlos sunt.* Origenes existimat has aquas esse spirituales, & celestes quædam mentes. At plerique doctorum aiunt nomine harum aquarum intelligi nonum cœlum, quod aqueum & crystallinum vocant. **G**ene. 1. Hæc sunt aquæ, de quibus in 1. Genesis capite scripsit: Dixit quoque Deus: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisisque aquas, quæ erant sub firmamento ab iis, quæ erant super firma-

mentum, & vocavit Deus firmamentum cœlum. Primo die creauit Deus materiam quandam, quam Moses terram vocat diciens: In principio creauit Deus cœlum & Gene. 1. terram. Per cœlum intelligit empyrium cum angelis, per terram vero molē quandam, ex qua visibilia creauit. Explicans enim quæ esset terra illa, de qua loquebatur, dixit: Terra autem erat inanis & vacua, hoc est materia quædam informis. Et statim eam vocat abyssum, & aquas. Nam terra elementaris facta postea fuit die tertio, ut ipse eodem capite testatur. Creasse Deum primo die materiam illa incompositam, ex qua alia fecit, sententia est diuini Augustini libro primo de Genesi ad literam imperfeto, diuini Ambrosii in trattatione de operibus sex dierum, magni Basili, Strabi, Bestæ, Eucherij. In hac sententia sunt etiam ex gentibus Trismegistus, Alcinous Platonicus, Euripides, & ante eos Hesiodus. Quid pluribus? In sacra scriptura habemus hanc veritatem assertam capite 11. libri Sapientiæ, cuius ad literam hæc sunt verba: Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarum ex materia inuisa. Vbi pro inuisâ, est in Græco: *ex nihilo*. hoc est sine forma. Si enim nomine terra inanis & vacua non intelligeretur materia illa incomposita, ex qua Deus cœlum & terram, aliasque corporeas naturas creauit, videretur profecto Moses diminutus, qui loquens de creatione volens ostendere esse Deum rerum omnium creatorem nullam faceret mentionem illius machinae & molis rudis & informis. Ex quo videretur dare ansam aliquibus errandi, & dicendi, eam fuisse sempiternam, & nullo modo creatam. Materia illa & machina valla quæ ab antiquis vocatur Chaos, & moles indigescit, est terra illa, de qua ait Moses: In principio creauit Deus cœlum & terram, terra autem erat inanis & vacua. Pro quo Symmachus vertit: Terra autem era quippiam ociosum & vastum. Et Theodosio: Erat quippiam inane ac nihil. Acs dicent: Terra illa quæ Deus in principio creauit statim primo die, non fuit terra hæc, quam colimus, sed materia que

August. Ambro. Basilius Stra bus Beda. Eucher. Trisme. Alcino. Euripi. Hesiod. Sap. 11.